



CL. V.  
REIN BACHOVY. IV. D.  
NOTÆ  
ET ANIMADVERSIONES  
AD  
DISPUTATIONES HIERONYMI  
TREVTLERI. IC.



Fred. Balth. sculp.

COLONIAE AGRIPPINAE.  
SVMP TIBUS ANDREAE BINGEN BIBLIOPOLAE IN LAVRETO. MDCLIII.  
Cum Privilegio S. Cæs. Austriacæ.

# BACHOVIVS AVGMENTATVS

*Id est*

C. L. V. REINHARDI BACHOVII ECHTII.

I. V. D.

## NOTARVM ET ANIMADVERSIONVM

AD

DISPUTATIONES

HIERONYMI TREUTLERI I. C.

PARS PRIOR.

*Nunc demum.*

Confectarijs Additionibus ad Volum. Post. singulas disputationes ex jure  
theorico, practico, publico & militari, quæ tam à Treutlero quam  
Bachovio prætermisæ fuerunt, adauctæ &  
locupletatæ.

*Opus omnibus tam in teoriâ quam in praxi versantibus  
utilissimum.*

*El detabloraria de  
el Imp. Alexio de la  
Laxaria =*



COLONIÆ AGRIPPINÆ;  
APVD ANDREAM BINGIVM BIBLIOPOLAM

ANNO M. DC. LIII.



*Generosis & Pranobilibus*

Clarissimis, Consultissimis & Amplissimis  
Dominis Serenissimi Electoris Brande-  
burgici Consiliariis Status seu Regi-  
minis in Ducatu Clivenfi &  
Marchiæ Comitatu.

Dn. VVIRICO à BERN SA VV,

*Domino in Bellinghoven.*

Dn. FRIDERICÒ ab HEIDEN,

*Domino in Rade.*

Dn. CONRADO de STRUNCKEDE,

*Domino in Strunckede.*

Dn. ARNOLDO ADRIANO de BILANT,

*Domino in Halt.*

Dn. ALBERTO GISEBERTO de HUCHTENBROCH,

*Domino in Gartorff & Horne.*

Dn. JOANNI à DIEST Vice-Cancellario.

Dn. doctori JOANNI MOTZFELD.

Dn. doctori JOANNI STEINBERG.

Dn. doctori DANIELI VVYMAN.

Dn. doctori ADAMO ISING.

Dn. VVERNERO VVILHELMO BLAESPIEL

Dn. HERMANNNO de ELVERICH condicto HAES.

*Dominis suis gratiosis & benevolis.*

1

DISPUTATIO I.  
DE IUSTITIA  
ET IVRE

*Respondente*

M. ANDREA LUDOVICO SCHOPPERO  
Onolsbacensi Franco.

T H E S I S I.

L I T. A.



**I**US illud primum à iubendo Jotiose hæc notatio repetitur *th. 3. lit. C.* recte hic ad speciem accommodatur notatio totius generi communis, quam etiam ut talem proponunt

*Curt. 1. coniectur. 1. Don. 1.*

*common 4. et 5. et 2. common. 1. Char. 1. Veris. 1.* Est ea notatio partim Grammatica, unde apud Festum, Iura Iussa, quod antiquis litera R. non in usu: partim a re ipsa, quod cives secundum ius vivere iubentur, & princeps virtus legis est imperare *argum. l. 7. de legib. de quo d. th. 3. lit. C.* Caterum cum tradatur Etymologia iuris, non bene ut diss. adducitur Alciat. apud quem tamen toto paradoxo opere nihil tale.

L I T. B.

*Non enim qui facit iuste.* ] rectius, iusta: quia iuste agere Philosophi notat actionem ex habitu vel dispositione fluentem.

*Per metoniam subiecti,* iergo Iustitiæ subiectum erit voluntas, & ita Aristoteles 5. Eth. apud quem etiam nihil ejusmodi, non recte advocatur, ex cujus sententia omnes virtutes morales in parte animæ appetente. Stoicorum illa perhibetur opinio, itemque Thomæ & aliorum teste Picol. gr. 4. *Phil. Moral. c. 11. Aristoteli 5. Eth. 1.* Iustitia describitur habitus, secundum quem homines volunt & agunt iusta: ex quo eam in voluntate tanquam in subiecto esse, minime consequitur: & fortasse Icti iustitiam, quasi in actu aut prope actum definire voluerunt, quia habitus movet voluntatem, ut *Ehem. 5. d. princ. 5. post VVesemb. in parat. hic,*

*Cui in not. ibid. Don. 1. comm. 16. et 2. comm. 1.*

*Eleganter Cuiacius.* ] Dicitur apud Gellium 17. c. 5. Liberalitas constantia perpetua benignitatis: Vbi utique benignitas non habet locum subiecti. Imitabor rectius, si dicam, constantia perpetua rectitudinis aut æqualitatis: quod alias hæc descriptio constantia perpetua voluntatis sit communis omnibus virtutibus.

*Ex quibus apparet, nec inter.* ] consequentis rationem non video, quia licet explicatio tropo; dicas esse voluntatis perpetuum & constantem habitum, eadem obiectio manet, ejusmodi habitus hominem non esse capacem: quam nec evitare possis, nisi verbis illis pinguius accipis cum *Ethemio 5. de princ. iur. 5.* ut intelligatur constans juxta conditionem humanam, in quantum est possibile *Bartol. in l. Iustitia h. 5. Ang. 10h. Fab. Port. in princip. l. h. 1. quam communem esse explicationem Da. Iason in d. l. in fin. testis est.* Neque tamen, si proprie accipias vitiosa erit definitio, quæ rem qualis essentia sua est, non ad conditionem subiecti, describit: quod familiare fuisse Aristoteli, notat *Flamin. 1. d. felie. 14* quomodo ab Aristoteli felicitas, à Platone Respublica Xenophoni princeps, à Cicerone orator, ab Onolando Dux à Castilion. & Torquato Tasso & alijs politicis aulicus & legatus describuntur, & à Stoicis vir bonus & sapiens, quem ipse Seneca vix 500. annis ut phœnicem semel apparere ait. Et si nulla virtus sola, sed ubi una in perfecto se gradu, ibi omnes, quæ concordans Philosophorum sententia est, vix unquam verus virtutis alienius habitus in homine erit. Scilicet, ut Cicero alibi loquitur, non vivitur cum perfectis & bene nobiscum agitur

A

gitur